

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Tractatus ascetico-theologicus de religione s. de statu religioso -  
Ettenheim-Münster 100

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Praefatio

[urn:nbn:de:bsz:31-110938](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110938)

i

Tractatus  
Aestivo-Theologicus  
De Religione  
Sive  
De Statu Religioso.  
Praefatio.

Jam dudum questio mota est, num congruat, ut Religionum Novitii durante probationis anno Studijs sive Philosophicis, sive Theologicis impendant operam. Equidem id dissuadere videntur sequentia momenta: nam imprimis in aperto est, quod haec praecipua, imò unica Superiorum cura esse debeat, ut Religioni Ordinis Novitii sedulo addiscant, quibusnam medijs ad perfectionem hujus Sacri Status perveniatur; haec autem mediorum notitia, prout palam omnibus est, tanti est momenti, ut totum Novitiatus tempus non immerito sibi arroget. Praeterea Novitii in pietatis ac Religiosarum virtutum Studijs graviter se exercere debent; si enim, dum probationis annum agunt, spiritu ferventes, ac in charitate radicati haud fuerint, post professionem eoque emissà meliores non evadent. Rara avis in terris est Religiosus, ait S. Bernardus, qui de gradu, quem forte in Religione, aut in Novitiatu: Semel attingit, vel parum ascendat. Connetudo quippe contracta in Tyrociniò transit in alteram naturam, adeò ut talis plerumque quisque sit post Professionem, qualis fuerat in Novitiatu.

2.  
Consultum proinde videtur, ut Novitii om-  
ne tempus, quod eis suppetit, non nisi in  
exercitiis, quibus Spiritus magis ac magis  
perfici necnon divino amore succendi po-  
test, impendant. Denique indubitatum  
esse videtur, quod studia Scholastica  
magnam animae ariditatem ingenerent,  
unde cum animi fervore potius obsint,  
quam prosint, à Novitiatu eliminanda  
esse videntur.

P. 2  
2

Nihilominus non desunt viri pro-  
tantes, qui censent, Novitios, priusquam  
ad Professionem admittantur, studiis  
Scholasticis exerceri debere; quatenus  
sibi et immotemat, num eam ingenii capa-  
citate sint praediti, ut Religioni uti-  
les esse valeant, quod Praelatis gravi-  
ter commendat Nicolaus Papa III. in  
c. Exiit qui seminavit, §. Verum, de verb.  
signif. in 6. Siquidem, ut ait Misan-  
tha, q. 19. a. 5. Si plures idiotas sumpti-  
mus, et nosmetipsos, et Ordinem nos-  
trum, et totam Ecclesiam gravamus.  
Tertius quoque, Nonnulli rudes  
et inexerti, inquit, cum non habe-  
rent, ubi cor suum delectabiliter fige-  
rent, ad amorem saeculi conversi disci-  
plinam Ordinis miserè destruxerunt.  
Huius ergo incommodo, inquit pro-  
fati viri, facile obviari potest, si  
Novitii studio quodam Scholastico  
exerceantur; tum enim palam  
fiet, num ad altiores litteras idonei,  
vel potius inepti sint, quo sane casu  
satiùs dimittantur, quam retinentur.  
Fatemur has ambas opiniones  
optimis viti fundamentis: sed meo

judicio facile conciliari possunt, si dica-<sup>3.</sup>  
mus, Novitios methodo Scholastica Studis,  
non quidem Philosophicis, aut merè Theo-  
logiis, sed Anctio-Theologiis, iis sci-  
licet, quæ exhibent media, quibus ad  
perfectionem tenditur; quæ exponunt  
officia ac obligationes, quibus Religio-  
sus adstringitur; quæ excitant animam  
ad Religionem fovendam; per aliquod  
tempus institui posse et debere.

Hinc suam Bræulis cujusdam Sa-  
pientissimi\*, in animum nostrum  
induximus, ut ea, quæ ad Statum Re-  
ligiosum spectant, ac prout Novitius  
sicuti summe sunt necessaria in unum  
Tractatum redigeremus, atque more  
Scholastico ipsis proponeremus; quate-  
nus ex hoc tractandi genere longe soli-  
dior Institutum nostri veritas et Doctri-  
na enasceretur, ac imprimis palam  
fieret, nunc ad Sacri Ordinis nostri  
Professionem aspirantes eam tum mo-  
rum tum ingenii præstantiâ præditi  
sint, quæ Religionem per vitæ probita-  
tem et doctrinam prodesse valeant.  
Religio quippe, ut celebris vir qui-  
dam ait, à litterarum culturâ floret,  
et sine eâ languet et marcescit:  
adeo ut Religionem grave damnum  
inferre videntur, qui rudes, et ad  
altiora studia ineptos ad eam re-  
cipere non verentur.

Ania vero si ut ingenium fatea-  
mur; spiritus exercitio Scholastico  
nonnunquam remittit, aut in quam-  
dam aviditatem deflectit, hinc ad

\* Pauli Abbatis  
Gengenbacensis.  
p.m.

calcem aiuslibet capitis quoddam Dou-  
mentum asceticum apponere consultum  
Duximus; ut Sicut Tyrones, sic teneri  
Religiosos operam dare comparandis Si-  
entis, ut tamen praecipuum eorum Stu-  
dium sit ad virtutes ac perfectionem Sta-  
tus Monasterii contendere.

Jam aliquot ab edito hunc Tractatum  
affluerant anni, cum, ecce tibi, supra lau-  
datus sapientissimus Praeul nobis et auctor  
fuit, ut in eorundem Novitiorum grati-  
am et institutionem adhuc Tractatum  
alium, in quo Doctrina Christiana, seu  
Fundamenta fidei Christiana exponeren-  
tur et explicarentur, huiusque Tractatum  
profigendum elaborarem, cui et, pra-  
sertim orationes in eisdem de Doctri-  
na Christiana Tractatus praefatione ad-  
ductas, ulterius morem gererem.

Porro Tractatum hunc in varia Capita  
haecque, ubi visum fuit, in varios para-  
graphos distinximus.

Neque etiam absere erit, si, praeter  
haec omnia, ex Tractatu de Virtute Re-  
ligionis, qui est quartus Tomi tertii  
Theologiae universalis, quam Philosophia  
nostra quatuor Tomis distinctam subji-  
cimus, Novitius ea adhuc exponantur,  
qua ibidem cap. 1. et 2. de Devotione  
et oratione differuntur, praesertim ubi  
de meditatione et eius modo instituitur  
sermo. Haec enim nosse Tyrones et Saeri  
Ordinis nostri Novitios apprime interest.  
nec alibi, quod arbitramur, melius expli-  
cata inveniantur. Modò ad nostrum  
de Statu Religioso Tractatum.